

MEMORIA,
qvam
MARIÆ JACKOSCHIÆ,
Uxori desideratissimæ,
MATTHIAS MACHNERUS,
Viduus superstes
statuit.

VRATISLAVIAE,
Typis BAUMANNIANIS.

CHRISTO CONSERVATORI S.

MARIÆ JACKOSCHIAE

carissimæ benemerentis,
familiâ nobilis,
ingenio præstabilis,
arcano quidem Numinis consilio
sterilis corpore,
sed fæcundæ virtutibus,
& in primis
devotione, moribus, obseqvio,
in DEUM, Bonos, Maritum,
ac, quod rarius est,
maternâ pietate in Privignam,
ad exemplum
commendatisimæ,

MATTHIAS MACHNERUS,


Maritus moestiss.
ob merita honestatis & concordiæ,
QVOD MORTALE FUIT,
in spem beatæ reparationis,
Hoc REQVIETORIO
cum luctu & lacrymis
seqvestravit.

Exempta est humanis
Ipsis Ascensionis Dominicæ solemnibus
A.C. clc Icc xli.

ÆT. xxx.

Heic Lapis obsegit: Melior pars vivit Olymbo:
Conjugis aternum pectore durat Amor.

Viro



Viro

Clarissimo & Eruditissimo

MATTHIÆ MACHNERO,

Inclytæ Vratislav. Reipub.
à Latinis expeditionib.
& in Judicio Orphanorum
Notario,

Lectiss. ac Optima Conjugis
obitum lugenti.

SIC Conjur de carne Caro, de sanguine sanguis,
Si Costa ex ipsis osibus ima viri est,
Non talis, MACHNERE, tuos dolor occupet artus,
Qualis partem animæ est perdere dimidiam?
Perdere? num fallor? Non est pars perdita partis
Alterius, parti restituenda suæ.
Quando brevi postliminio integrata redibit,
Amplius haud ullâ deperitura die.

Ita & condolet & solatur
ex animo

JOAN. à Pein S. Cæs. Mttis,
Consiliar. ejusdemq; Ducatus Vratisla-
vienf. Cancellar. & Reip. Syndicus.

12

Conjugis

COnjugis orbum.
Sic DEUS ergo
Te quoq; , mecum haut
Dispare sorte,
Inter amicos
Haut - mibi - quaquam
Ultime, fecit ?
Pergrave vulnus
Quis neget? aquâ
Mente animoq;
Sed tolerandum
Hoc mage: quod qua-
cunq; JEHOVA,
Omnia vita
Quem penes unum
Jura necisq;
Sanxerit in nos:
Hoc neq; jus sit,
Fas neq; homullis
Carpere, nedum
Vellere nobis.
Et tibi quidnam,
Obsecro, profit
Plangere nullo
Fine modog;
Fata maritæ
Tâm tui amantis,
Tâm tibi amatæ?

Quæ modò curis,
Quæ modò noxis
Libera cunctis,
Læta & ovansq;
Vitam agit, idq;
Munere CHRISTI
Unius, omni à
Parte beatam.
Et malè - sani
Gaudia mundi
Illecebrasq;
Cælica ab arce
Ridet inaneis.
Dum super orbe
Horrida Mavors
Bella etiamnum
Concitat atrox :
Fata precando
Vincere necdum
Efferæ vita
Nos sinit, ævum &
Nequiter actum.
Sed ruere in nos
Pergit adhuc i-
rata Jehovæ
Tota potestas.
Huicce maritæ
Conditioni

Tune favere,
Optime, nolis?
Absit at istud
Quâmpocul abstœ!
Perdita nempe
Non tua: tantum
Sed tibi facta est
Prævia, nunquam
In perituræ
Secula vita.
Mitte querelas
Ergo, & inanis
Desine luctus.
Quæq; cupiscis
Ipse, fruisci
Jam sine functam
Munera Pacis
Atq; salutis.
Interea autem
Dum tibi lato ex-

cedere letho
Sic quoq; detur,
Quæ mulierum
Flos fuit, hujus
Et benè multo,
Et benè oleni
Sparge quotannis
Flore sepulerum.
Vivere donec
Fata jubebunt,
Vivere disce,
Ceu moriturus
Momine quovis.
Sic morieris,
Quando moriri
Fata jubebunt,
Ceu vieturus
Indubitanter
Omne per ævum.

Condol. & consol. e.
scrib.

NICOLAUS HENELIUS U. J. D.
Sacr. Cæs. Majest. nec non illustriss.
Lignic. Principis Consiliarius, Duca-
tus Monsterberg. Pro. Cancellarius,
inclitæq; Vratislav: Reipub. Syndic^o.

Dum nos vita manet, Patriæ divertimur oris:
Hæc duo sunt sola hic, Exsul & Exsiliū.
Maturā cui morte datur decidere terris,
Huic Patria, & Patriæ redditur ille suæ.
Id tua perpendens Uxor, MACHNERE, petivit
Natalem placidā morte soluta locum.
Corpus humo tegitur, primos quæ contulit ortus:
Spiritus ad DOMINUM, qui dedit ante, redit.
Parce querelarum! pars utraq; reddita rectè est:
Corpus habet Mater, mente animamq; Pater.

BERNHARDUS GUILIELMUS
NÜSSLERUS.

Sic, MACHNERE, Tuam maturo funere raptam
Defles, nec gemitus nunc cohibere potes?
Scilicet ex oculis præcepta, ex pectore non est
Caratuis Uxor, suavis amoris amor.
Condoleo lacrymans; verum modus esto doloris;
Quæ tibi grata fuit, gravior illa DEO.
Terminus est fixus vitæ; stat dia voluntas:
Hinc tibi complacent, quæ placuere DEO.
Vixit, vixit; jam cœpit vivere, naæta
Qui supereft nobis mansio fixa, locum.
In quo nunc peragit securam tutu quietem
Defuncta, & solidæ gaudia pacis habet.
Nos mala quæq; manent; rigido cum milite vitam
Ducimus, armatâ cui licet omne manu,

Catera

Catera quis nescit? resonant loca cuncta querellis:
Rumpe moras, venias, dum fuga nulla, DEUS!

GASPAR FABRICIUS, JC.
Illustr. Judic. in Territorio Gold-
berg. Præses, Reiq; publ. ibid.
Proconsul.

MARIA MACHNERIA.

anagr.

MIRE CHARA ANIMA.

Bresensis, MACHNERE, fori dignissima fama,
Quem Musæ clarant carmine, jure Themis:
Non miror, vidui revocatum ad tædia lecti
Te JAKOSCHINÆ funera flere TUX;
Quam Genus, & Pietas, Castusq; Fidesq; Laborq;
In superum eximiâ laude tulére polum.
Nec miror tamen, hanc tibi subtraxisse Maritam,
In quo nostra sita est Vitaq; morsq; Deum.
MIRE CHARA ANIMA, hunc licuit dum cernere So-

lem,
Vixerat Illa Tibi, vixerat Illa DEO.
Pluribus optabas annis Tibi vivere CHARAM:
Orbe trahit CHARAM Jova sibi citius.
Quid facias, MACHNERE? Sile. Tibi vixerit; esto.
Inter celsa Deo sidera vivit adhuc,

Corpore

Corpore qvin etiam, mundi post busta, recepto,
Æternum vivet tota Deo atq; Tibi.

Præstantis. Dni Vidui
& nunc - luctui,
& semper - amicitiae
operam dare volens fideliter
facieb.

M. ELIAS MAJOR P. L. C.
Gymnasi Vratislaviensis Rector
& Profesor, Cæterarumq; ibi-
dem Scholarum Inspector.

TUMULUS.

HAc recubat MARIE JACKOSCHIA nobilis urnâ,
MACHNERI Conjur delitiumq; Viri.
Fæmina, quam Pietas semper comitata Fidesq;
Quicquid & Uxores ornat, alitq; decus.
Qui transis, Viduo solatia viva precare:
Defunctæ requiem, fata beata tibi:
Et mortis memor esto: tui memor hæc ut ubiq; est.
Morte caret, mortis qui solet esse memor.

MARIA JACKOSCHIAS.

per anagr.

HIC ARS AMICA SOCIA.

HIC, (in corde tuo) Conjur MACHNERIS AMICA
ARS SOCIA est. doctum feligis ergo Viram.

Connubioq;

Connubioq; tibi junctum veneraris amasq;:
Omnibus o Doctis Fæmina digna coli.

CHARIS AMICA SOCIA

SIt scabies germana Viri mala fœmina, quam tu
Dixeris ex Hecubæ posteritate satam.

Huic, quam MACHNERI decus & cor amabile dico.

Huic SOCIA & fuit & mansit AMICA CHARIS.

Hæc oculis, hæc ore suo jucunda, Maritum

No verat ingenuis exhilarare jocis.

Ergo quid mirum, si nunc lacrumatur ademptam?

Absq; probâ Sociâ vivere velle, mori est.

Ni Deus emplastro Verbi data vulnera sanet,

Hoc nullâ Medici tollitur arte malum.

Facieb. Lessnæ Polon.

sub febri carnivorâ

JOHAN HEERMANNUS P. L. C.

Cæbenens. Past. emeritus.

NON fuit hæc postrema tuae Laus Conjugis, hujus
In funere ut TSCHERNINGIUS

Solitas ferebat gratias;
Concordi in thalamo fuerit versata qvod ipsa

Tecum, nec unquam litigans,

Nec verbulo contraria.

Quod vobis fuerit semper mens una jugatis,

Amorq; constantissimus,

Et invicem gratissimus,

B

Qua

Quæ virtus valdè est postremo hoc tempore rara,
In fæminis, quæ litibus
Et non student concordiæ.
Non igitur miror, te, jam, MACHNERE, MARIAM
Lugere dilectissimam,
Dolere conjunctissimam.
Vivere & immemorem nunquam constantis amoris
Uxoris hujus optumæ,
Et conjugis suavissimæ.
Sed tibi condoleo potius, qvod tempore tristi
Orbatus es hac conjugæ,
Et matre mæsta filia.
Ex animoq; precor, Deus ut, qui vulnera vobis
Hæc intulit gravissimæ,
Sanet paternâ gratiâ.

THOMAS SCHRÖER U. J. C.
Scabinatus & Judiciorum Fratris L.
Secretarius.

Cum duo dissociat divina Pronœa jugata
Corcula, non toto est major in orbe dolor.
Ast iterum talis si dissociatio fiat,
Is certe toto est maximus orbe dolor.
Tu, MACHNERE, Dices cor amabile, talia dices,
Uno qui duplex pectore vulnus alis.
SCHOLTZIA primatori consors fidissima raptæ est,
Ex oculis rapta est morte fugace tuis.

Alteræ

Alteræ nunc etiam rapitur JACKOSCHIA conjux,
Ex oculis rapitur morte fugace tuis.
Quam grave discidium! quam dissociatio tristis,
Nil nisi cordivorus sueta ciere sonos!
Sed quid ages? animum modò sume, & pone querellas,
Unius arbitrio cuncta patrata DEI.
Ille tibi vulnus duplex inflxit, & Idem
Te curâ dupli, crede, beare potest.
Interea charas consortes urna reservet,
Donec ad æthereum sit locus ire locum
condolentiam suam testaturus
adjectit
M. JOHANN FOLIMHAUS Illustriss.
Ducis Lignicens. in Curiâ Duca-
li Wolaviensi Secretarius.

Nunc ego Te soler, MATTHIA, Clare Themistos
Patrone, ut moritur chara MARIA Tibi?
Unde sed accipiam solamina talia, demant
Quæ Cordi luctum tristitiamq; tuo?
Scilicet ex Topicis sacris, unde ipse parentans,
Flentibus es solitus sæpè malagma dare.
Eripuit lateri qui costam, dives eandem
Jacturam thalami sarciet Ille brevi.
Munus erat Conjunx, concessum ad tempus, ut illud,
Quando juberis reddere, sponte dares.
Concessum redditis DOMINO, qui credidit illud;
Munus idem in cœlis reddit Is ipse Tibi.

2010

B 2

Linque

Linque igitur planctus! Angor te deserat omnis:
Rodit & extinguit Cor Animumq; Dolor.
Quod monstrasti alijs in funere ritè serenum.
Solamen, lacrymis suggere jamq; tuis.

omnibus scribb.

JEREMIAS TSCHONDER Vratisl.

Philosoph. M.

Quorsum opus est, ingens monumentum marmore po-
MACHNERE, Uxori quo suus exstet honor? (ni,
Justa facit lessò Virtutum conscientia FAMA,
Et tale ad tumulum personat ære metrum:
Cespite contegitur violisq; rosisq; sub ictis
Fœminei sexus nobile depositum.
Archetypus Fidei, & fax conjugialis Amoris,
Et Charitum omnis honos, & Probitatis apex.

Ita condolenti pectore affectum,
Suum testari voluit
MICHAEL BARTSCHIUS.

Vix tandem querulum prehendo plectrum,
Solvens inferias tuae Maritæ:
Mallem quippe tibi suaviora.
Novi splenduerit quod inclutarum.
Virtutum radiis decora Conjux.
Novi quam tacito flagrari igne,

Quos risus dederit jocosq; dulces,
Quæs curis animum sagax levarit.
Vidi quam placido ore blandienti,
Et pro more decente basianti,
Sæpè arriseris & rosas locutus
Concordi Sociam toro bearis.
Heu quantus dolor ussit ossa, quanto
Mens conterrita vapulavit æstu!
Cum morbo asperiore concidentem.
Præsens morte rapi ferâ videres.

Laudandus tamen, o Amice, sortis
Duræ quod steteris gravi sub ictu,
Perspecta pietate cuncta vincens.
Noras nempe Dei potente nutu
Nostræ curriculum regi salutis.
Noras salvifico cruento tintos
Nulla morte, licet cadant, perire.
Nuptam posse Tuam mori sciebas:
SOLVI posse jugum tori sciebas:
Vinci posse Deum fide sciebas:
Vita delicias beatioris,
Et quæ plura solent levae luctum,
Et quæ plura aliis vel ipse dixti,
Justa hæc omnia lance pensitabas.
Istis jungere plura quid juvaret?
In partem venio tui doloris,
Toto corde Deum Patrem precatus,
Ut confirmet opus bonum, tenebras

Quos

B 5

Omnes

Omnes disjiciat, tuamq; mentem.
Aurā lātitiā novā serenet!

debita causa dēas E. scripsit prae-
piti Augusto 1641.

CHRYSOSTOMUS Schulz
Leor. Sil.



Beatis Manibus
MARIÆ MACHNERIÆ
S.

ET Machneriaden fato cessisse Mariam,
Scribita refert multis litera lachrymulis.
Deliciae illa sui, rosa, lux, & flamma mariti,
Illaq; fœminei rara corona chori,
Exangues anima rapitur fugiente sub umbras;
Carpit ut Hyblæas vespera sera rosas.
Sed rapidas tolerare feras, mors asperanovic,
Atq; reluctantis tristia monstra soli.
Tot scelerorum turmas, quot sidera celum,
Grande, in deliciis mundus iniquus habet.
Terapit, atq; tuos jussit pallescere vultus,
Optima præstantis Costa decusq; viri.
Vidi messorem nuper succidere fruges:
Sed lolium totis pingue virebat agris.
Haud decet immitem verbis reprehendere mortem,
Est eater-magni fida ministra DEI,

Si comburendis parcit Phlegetonte vepretis,
Præparat æthereas farram etendo dapes.

L. M. Q. deproperab.
LignicI

SEBASTIAN ALISCHERUS
Ædis Petro-Paul. Diaconus.

Testari vellem promtus tibi pignus Amoris,
Quo, MACHNERE, colo Te, Vir amate DEO;
Nubilat ast fensus, & pectora nubila reddit,
Versus materies dum mihi Lessus adest.

Proh Nebulam tristem! viduas quæ pervolat ædes,
Sole cadente domus Conjuge, proh nebulam!
Spes superest: scin? Clara dies, quæ nubila peller,
Jubilacum Sanctis quæ resonare dabit.
Haud mage Amaror erit: CHRISTI jungemur
Amore,

Qvibenē, qvi recte, qvod facit, omne facit.
ολοκαρδίως ex præscripto Apostoli
scrib.

M. BALTH. ROHRMAN,
Ecclesia Auris. P.

Quod, MACHNERE, tibi placuit cum Conjuge quon-
Talorum lusu fallere sœpè diem, (dam
Hoc erat indicium sapientis nobile moris,
Teste vel eventu sufficiente rei.

Humanæ

*Humane speculum vite, mortisq; figuram
Ad vivum vobis alea jacta dabant.
Si male quid cecidit tibi, dilectæve Maritæ,
Correxit miro lusor uterq; modo.
Res tamen ancipitis casus, vel vincere jactu,
Perdere vel positas sorte ferente vices.
Aspice, ceu vetitum de lege reponere talum,
Sic vita cursum non iterare licet.
Perdidit illa quidem vitalem humanitus usum,
At viætrix fecit cælitus omne lucrum.
Alea jacta Tuæ feliciter exiit isto,
Quod vita illusit moribus arte malis:
Ac prolusit humi viatoris in omne tali
Seria præcipiens gaudia mente poli.
Hæc sors Lucripeta cæli, tibi mitiget omnem
Jacturam, inq; genis diluat agmen aquæ.
Ergo age præmissæ (vita melioribus actis
Ceu facis,) exemplo lude superstes humi.
Ut simili jactu (sed, fiat serius, opto!)
Par Sociae facias Numine dante lucrum.*

CHRISTOPH. COLERUS,
Professor Historiarum, & Bi-
bliothecarius.

*Clarissimo MACHNERO, Amico ut veterrimo,
ita cum paucissimis optimo.*

*MACHNERE, cordis dimidium mei,
Quam nullus unquam à casibus angulus*

Mundi

*Mundi triformis vix levandis
Eximus queat esse, cernis.
Quid Bactrianos terreat, aut Malum.
Quod vexet Indos, quætere differo:
En PATERAM, totq; Oppidorum
Fæda cadavera: totq; turis
Completa spinis jugera: tot suis
Pulsos colonos sedibus: & quis hic
Docere posset, qvam sit Orbis
Heu! facies miseranda nostri?
MACHNERE, dum nos hæc mala publica,
Privus fatigat Te DOLOR, optimæ
Excelsus UXORIS beatus;
Ille tamen tibi luctuosus.
Odi profanum vulgus, & impias
Quas Scurra voces deblaterat: VIRUM.
Hunc dictans feliciorem,
Cui nova contumuletur uxor.
Non infrequenter, comprise, qvisquis es,
Lingam petulcam / tu, BONE, non fuge
Lugere CAJAM lege tali,
Ne sine lege fuisse luctus
Dicatur: hoc Te SPIRITUS admonet,
Constansq; cogit Te Patientia,
Invisa multis, Christiano
Digna tamen, metuensq; vinci.
Exempla si vis ire per obvia
Vah, quot BudORGIS regia sufficit!*

C

Virosq;

Virosq; prælustres acerbum.
Urget idem subigitq; fatum.
Tandem quota est pars hoc MISERI ? trucis
Ad vim Gradivi, & mille pericula,
Quæplurimos mergunt, amabit
Delitium DOLOR esse vester..
Sed cuncta rerum providus ARBITER
Adversa semper tam benè temperat,
Ne ritè confisus JEHOVÆ
ISTA nimis metuat, nec optet.

ex ipsâ mente - animi condol.
CHRISTOPHORUS FREITAGIUS
Pastor Loßensis Evang.

MARIAE MACHNERIAE,
Fæminæ castissimæ
Tumulus.

NON hic Penelope, nunquam suspecta marito,
Quamvis mille procis sapè petita, jacet.
Nulla pudore prius cubat hic Lucretia rapto,
Corpore quæ læso mente pudica fuit.
Ulla nec Abigail, stolidum confessa maritum,
Nec nece quæ Judith nobilitata proci est.
Æquior illa fuit, tristi hoc quæ fæmina busto
Conditur, inq; suum castior ipsa virum.
Nulla patrem soboles arrisit, nullaq; matri
Exhibuit menses filia nata graves.

Neg

Nec tamen his décrat proles ; Erat ipse Maritus
Filius uxori ; gnata marita Viro.

ANDREAS SENFTLEBEN.

Q uod Tibi perpetuis agitantur pectora curis,
Frater, & assiduis fletibus ora madent ;
Ecquis miretur ? quis luctum sistere posset
Cognita cui tanti causa doloris erit ?
Juncta Tibi sacro fidissima fædere Conjur
In flore ætatis morte revulsa jacet ;
Quæ modo delitum, qvæ sustentatio vitæ,
Ipsaq; vita fuit, jam Tibi cordolium est.
Quâ nihil in terris poterat Tibi carius esse,
Ablatam è terris, orbus in orbe gemis.
Scilicet hoc hominum est, ut gaudia si qua misellis
Contingant, ea sint ordia tristitiae.
Noli igitur, Frater, nimis indulgere dolori,
Sed Tibi velle Dei sit qvoq; velle Tuum.

*Fraterna vnu natus ergo
apponebat*

BALTHASAR THOMAS Jauranus
p. s. Reipubl. Nambslaviensis
Secretarius.

PARODIA

ad 24. I. Carmin. Horat.

Q uis desiderio sit pudor, aut modus
T am chari capit? Luctibus adgemo,

C 2

Mi

*Mi MACHNERE, tuis : cui Sociam DEUS
Nunc morte abripit alteram.*

*Non deflesse satis primulam ? Et altera
Flenda est ? cui Pudor, Et Conjugii decus,
Incorrupta Fides, castaq; Comitas,
Raras inveniunt pares.*

*Multis illa quidem flebilis occidit,
Nulli flebilius, quam Tibi Conjugi.
Tu nōsti, pius, heu ! quomodo peccatus hoc
Functa mentio sauciet.*

^{2. Reg.}
^{4. v. 33.}
*Quod si Sophatidae fortius enthei
Possis supplicios Numinia flectere;
Pallenti redeat sanguinis imagini,
Et Rectrix Vida domo.*

*At Mortis precibus jura recludere
Mortali vetitum Terrigenūm Gregi.
Durum ! Sed veniet, quo fuerit die
Conjux redditia Conjugi.*

Amicissimo Meo

Dn. Machnero

*adtestandi affectus
imminuendi luctus
causa scr.*

VALENTINUS KLEINWECHTERUS.

*MACHNERO Conjunx obijt nunc altera : Conjunx
Tanto digna Viro ; tanta Marita Viri.
Utramvis memini, MACHNERE ; utramq; Maritam
Noram svaviloqvam ; dixero, utramq; piam.*

Quid

*Quid nunc ? alloquio frueris neutrius ! amore
Frustraris solito ! latitia omnis abest.
Te miserum ! Qualem quondam me fata priora,
Videre exsequias ire, redire, graves.
Quid verò ! lachrymas MACHNERE absterge ; dolo-
Vince : dies melior, spe meliora dabit. (rem
Tempus erit, tanti quo sient gaudia fletus :
Tantaq; reddetur Costa reposta, Viro.*

*Supradictus suam Amico declara-
turus, accedebat,*

*GODEFRIDUS WAGNER Vratisl.
Ædis Primariæ D. Elisab. Gy-
mnasiq; qvod ibidem, Can-
tor & Collega primarius.*

*NON, MACHNERE, tibi periit tua Costa marito ;
Perpes in ætherea vivit Amica domo.
Sic placuisse scias Domino, qui cuncta gubernat :
Vitaq; longa nimis mors quoq; longa foret.
Felix, cui licuit citius relinqueret mundum,
Tanta nec Odrysii cernere facta DEI.
Excipit ait animam requies æterna beatam,
Nullus ubi poterit Martis obesse furor.
Qui mare, qui scopulos, Et juncta incommoda celi
Exsuperat, latâ sorte redemptus ovat.
Mors cita virtuti generosæ quæcunq; quid obstat ?
Bustaq; qui sequitur sic periisse vovet.*

C 3

Quæ

*Quæ non placato ceciderunt Numine gentes,
Nænia perpetuò, spe pereunte, cadunt,
Sed Christo qui fixus obit, servatur Olympo,
Hic rapuit victor cunctatrophea neci.
Hac, MACHNERE, fide, sic spe moderare dolorem:
Is tibi præmissum reddet, amice, Bonum.
Quin statuo patri magni nil posse deesse:
Uxor in arce poli; Filia subter agit.
amico suo inter peregrinos
verè fideli ex affectu q. fraterno scribebat.*

JOHANNES HILLINGER
Aurimontii Notarius.

*Als trauestu so sehr / der du so hoch gestiegen
In Kunst vnd Wissenschaft / dazu du von der Wie
Die erste Lust geschöpft? was deinem Gott gesellt/
Dem sey es kindlich auch von dir anheim gestellt,
Hastu doch deinen Schatz vnd Herze nie verloren/
Ist sie dann blosz darumb in diese Welt gehoboren/
Dass sie sich quelen sollt in steuer Lebens-Pein?
Nichts bessers ist / dann bald zu Gott verschieden sein,
Der Jammer vnd die Angst ist gar nicht aufzusprechen
In dieser Kriegesnoth: das Herze wil mir brechen/
Wannich bedenken wil / was Goldberg diese Stadt/
Ja was das ganze Land seither erlitten hat.
Diss alles trifft den nicht / der seinen Lauff vollendet/
Vnd seine Seele hat dem Schöpffer zugesendet
Im Glauben / als ein Christ: da ist die Sicherheit/
Da kommt kein Teuffel hin / da ist Unsterbligkeit. Wie*

*Wie wol ist doch getauscht! das Meer / Sturm / Wind
vnd Wellen /
Vnd was noch mehr dazu sich pfleget zugesellen /
Ist glücklich überschiff / der Pilger rufft mit macht /
Dass er auf solcher Angst zu Lande sey gebracht.
Wer siets nach Tugend strebt / vnd muß darüber leiden /
Der kan zu keiner Zeit zu früh von hinnen scheiden:
Wer dieser Leiche folgt / der weine / dass ihm nicht
Ein solches Grab vnd Grusst auch bald sey zugericht.
Den Narren / so in Lust vnd Sünden hingegangen /
Wie andre Heyden seind / sol man ein Lied anfangen
Vnd flaggen dergestalt: Ach was habt ihr gemacht /
Dass ihr euch in die Pein der Hellen selbst gebracht!
Den Trost den haben wir / wer von den unsren stirbet /
Dass weder Leib noch Seel an ihnen nicht verdriet.
Hier steht der Sieges-Fürst vnd Heyland Jesus Christ /
Der über Tod vnd Hell ein Meister worden ist.
Den kennstu nun wol / vnd kanst die Hoffnung haben /
Er werde dermaleins aus Gnaden dich begaben
Mit solcher Seeligkeit / da widerumb mit Pracht
Der süsse Lebens-Trost dir wird sein zugebracht.
In dessen hastu noch für deinen Augen stehen
Der Mutter Ebenbild / das wird in Tugend gehen /
Als wie es angeführt. Drumb stelle trauen ein /
Weil beydes Wub vnd Kind noch bei dem Leben sein.*

Idem

JOHANN Hillinger.

Eusebius

Eusebiæ & Fidei corclum Machneria Conjux,
Eusebiæ ac Fidei viderat exilium.
Ergo per angustum magno conamine portam.
Ibat ad augustam, stirps ubi dia, domum.
Aspice fæminei constantes pectoris ausus:
Ni PES exilium, SPES tolerare potest.
Labilis interdum PES, non SPES labilis: una.
Jam-lapsabundum spes facit ire pedem.
Spes ea, qvæ cumulat melioris gaudia vitæ:
Spes non fisa loco, spes benè fisa Deo.
Linqveret prompta locum, fidei non dogmata, mens sit.
Non DEUS, ut Tellus, ferre recusat opem.

CHARÆ ANIME
Pietatis & Eruditionis OCELLE,
optime Machnere
En,
adpositi Epigrammatis
brevitatem;

at
debiti doloris
de mortalitate laudabilis Conjugis
prolixitatem.

tui
WOLGANGI STIRII
de animo fac.
non nisi optimo & Christiano
speres.

GTh habe werther Freund/ dein Schreiben gleich bekommen/
Das dir der grimme Todt die Liebsteweg genommen/
Als ich spaziren gieng am Neißstrom ab vnd auff/
Vnd meines Lebens Flucht besah' im Wasserlauff/ Aus

Aus Wehmut angeregt/ gewohnet zubeklagen
Die Mutter/ die zur Khu ich gleichfalls lassen tragen
Ist vor zehn Tagen kaum/vnd eben zu der Zeit/
Da dich betroffen hat das grosse Herzenleid.
Ich schwere bey der Trew/ damit ich dir verbunden/
Dass sich auff solche Post mein trauren doppelt funden/
Nach rechter Freundschaft Art/ da wol vnd vbel gehn
Dem andern minder nicht/ als einem zu sol stehn.
Wann der betrauens wert/ dem eine Fraw gegangen
Zum meisten Haussen hin/ so mag ich wol die Wangen
Benezen neben dir/ der du zum andern mal
In wenig Jahren hast gemehrt der Witwer Zahl/
Verloren einen Schatz/ desgleichen man in Zeiten/
Da Lüsten vnd Begier die Frömmigkeit bestreiten/
Und fast ißr Meister sein/ nicht so gemeine finde/
Trug einer auch bey Tag ein Licht schon angezündt.
Die wahre Gottesfurcht/ die vnerschöpfste Quelle
Des Segens/den Gott giebt/ besaf die Oberstelle
In der nun-Seligen/ die jhren Sinn vnd Geist
Von dem was irrdisch ist/ gen Himmel hat geweist.
Die Schrift/ worinnen Gott vns zuvernehmen giebet/
Diz was er wolle / sey/ wie hoch er vns geliebet/
Stets lesen/ vnd ißr nichts vom bösen sein bewust/
Das war ißr grösster Fleiß vnd innigliche Lust.
Hiernechst war sie vor dich/ den Herren ißrer Jugend/
Sorgfältig/vnd auf trieb der sonderlichen Tugend
Bemühet für vnd für zunehmen wol in acht/
Was einem lieben Paar das Leben süsse mache.
Diz sind die herrlichen vnd über schönen Gaben;
Durch die ein Weibesbild wird an die Stern' erhaben;
Das ist die höchste Zier/ so Fromen in der Welt/
Den Engeln vnd Gott selbst im Himmel wol gefällt.

Mit

Mit dem vnd mehrerm noch/ was ich muß unterlassen/
Weil alles ich nicht kan in schlechte Reime fassen/
Geht nun das edle Bild von hinnen vor der Zeit/
Hingegen zeucht ins Haß die finster Einsamkeit.
Wann das Verhängnis dann nicht ist zu hinterreiben/
Vnd Christen es bey dem/ was Gott wil/ lassen bleiben/
So wünsch' ich dir nur Trost/ der Seligen die Rhu/
Vnd folge willig/ wann mein Ende kommt herzu.

Paul Christoph Lindner.

Conjugium Scyri lapis.

LΑν ἔμπενα τῶν Κυκλαδῶν ἔχει λόγος
Σκύροι, λᾶαν κένον ὅντι ἀκηροτον
Τὸ λαῖπα δῶνα μὲν Ἰαλάσης & Θέρις
Ἄλλ' ἡμισθεῖς ρῆτα συγκαλύπτεται
Λέχος οὐνδυνον δὴ ρὰ κένθος γίνεται
Σκύροι λᾶας. Λέχος γδὲ αὐλαβεῖς πέλους,
Πόρων ρούσις μὲν ἀλλοὶ ἀλλαῖς σκύλλεται,
Ἄττος πάλιν δὲ ὡς αἰσκός ἐμπλεῖς πνοῶν,
Κλιδῶν ἀνακύπτει. Φυὲν δέ θ' ἡμιον
Πότμω οὐνδυνον συμφορέων κύμασιν
Ρέζεμπεσεν. Τὺ δεῖγμα, δεῖγμα Φαΐδμου,
Οσοσιον ἥδη κῆρ συλλόῃ ρέυμασι,
ΜΑΧΝΗΡ, ἐπει τάχισα γάιαν συγγάμιω
Ἐχενας, & δὲ δυσμενεῖ, κακοθέω,
Οὐ φιλονέκω, Φλινάφω, δολοφερνί,
Ἄλλ' οὐλαβεῖ, ἀγνῆ, καλῆ, ἀπύρονι.
Ηδὲ εὐδίκως καθ' ὃδι ιδίπτεις κῆρ Φίλον,
Ἄτεραμνος γδὲ, ἢ περσοβόλος πέλες,
Ἄτεγκτον, σύση συγγάμοι, ἔχων κέας.
Μέρινστος ὄμως, Σκύρεο μύδερε εἰν ἀλλ,

Φάνετο

Φάνετο ὡς ἐκεῖνος, αἰσν ἐμμένει
Τὸ δὲ γτὶς ἐν ἀλγει, ὅπε σύγνξ εἰσαι,
Δαμεῖσα ητει, τῇ καμδενῃ, μήνετε.

Συμπαθείας ητο θεραπείας
χάρει fac.

JOHANNES GEBHARDUS
Habelswerdā Silesius.

En! celebrat CHRISTI dum sancta Ecclesia Festa
ASCENSUS, felix Mortis adivit iter
Uxor rara Fide, nulli Pietate secunda.

Quæ Speculum Sexus; quæ speculumq; VIRI.
Hoc tecum miseror Fatum, MACHNERE, dolendum;
Sed venit a Domini, qui regit astra, manu.
Conjux Ver celebrat cæli sociata Triumfis
Angelicis perpes perpeti latitiā.
Molliter oīa cubent, & germe, dante virescant.

CHRISTO; Tu vireas, Fautor in orbe
urbe diu!

Debitæ ουμπαθείας & solatii ergo
scribb.

GEORGII SEIDELIUS
Jauranus Magdalenei
Collega.

Ergo MARIA fuit Tibi quām dignissima amari,
Quondam delicium dulcedecusq; Tuum?

Ergo

Ergo MARIA fuit Maria atq; ingentis amari
Nunc MACHNERE Tibi, cordoliumq; creat?
Desine at illius lacrymis urgere sepulcrum:
Sic sedit summo, qui regit omne, Deo.

JOACHIMUS PROFIUS.

¶ Je Welt/so lange sie die LebensLust zu borgen
¶ Dem Geiste rast vergönt / gebahr mir Müh vnd
Sorgen:
Als aber nun mein Leib ist Blutt: vnd Althem losz/
Läst sie mir raum vnd rho in meiner Mutter Schoß.
Dzieht dem Leben vor/ ihr Sterblichen/ das Sterben:
Was man im Leben nicht/ das kan man Todt ererben.

Christimitleidend sezt es

Johannes Hanncke